

erit & non edatur. In ceteris quidem praeceptis pontifex in offerendis sacri-
ficiis populo prebet officium. In hoc uero mandato quae propriae sunt curae
& quod a se expectat, exsequitur. Iubetur enim ex die qua unctus fuerit sem-
per & in perpetuum offerre similitudinē oleo conspersam teneram ex sar-
tagine. idque cognominat sacrificium ex fragmentis in odorem suauitatis.
Et hoc lege aeterna permanere & transmitti ad posterum iubet. addit sane
obseruandum. ne ullum sacrificium sacerdotis. hoc est quod pro se ipso of-
ferret edatur. aquoquam. Sed holocaustum fiat quod est tignis absumi. praecep-
tum quidem secundum clarum est. uel non tamen uidere quae in hoc typus &
quae figura formetur. dimidium sacrificii huius manere uult offerri. & di-
midium uespere. Certamen sara similitudo oleo conspersa tenere a sar-
tagine. Uides inon ut ego suspicor sacrificium sacerdotis. haec ipsa sit lex quae per mo-
ysen promulgatur. cuius dimidium manet iubeatur offerri. dimidium uero ad
uesperam. quam legem in duas partes diuidi. praecepit. In littera uidelicet &
spiritum & dimidiam quidem partem quae est littera offerri iubet manere. pri-
mo scilicet legis tempore. quod illis quibus tunc secundum litteram data est.
nouam lucem. & nouum protulit diem. Dimidium uero eius offerri iussit in ue-
esperam. In uespera enim nobis datus est saluatoris aduentus in quo pars illa
dimidia hoc est sensus uel spiritus legis secundum quod lex spiritalis est offeratur oleo
consersa tenera. oleum ad misericordiam reuocatur quae debet in sacerdoti-
bus abundare. tenera ad subtilem & puram intelligentiam peruenit. quod uero
a sar-tagine dicitur. puto quod districtum & multa continentia aridum & torri-
dum uelle esse sacerdotem. In quo nihil remissum haberi ad laxiorum. nihil flui-
dum ad libidinem possit. Quod autem sacrificium ipsum ex fragmentis nominatum
in odore suauitatis. puto quod fragmenta sacerdotum uelle intelligi. cum
legis per eos littera frangitur. & ab eis exalata in insecus spiritalis ele-
gatur. ut audientes turbes reficiantur. Sicut & dominus fecisse refertur. In eu-
gelio. ubi benedixit panes & dedit discipulis. & discipuli confringentes ad-
posuerunt turbis. & cum facta fuissent omnes. super fuerunt inquit fragmen-
torum coffini duodecim. Istud est ergo ex fragmentis cum minutam quae